



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro Simoni de Monteforti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

sicut tibi sunt ad divinæ majestatis honorem pro tutela pacis & fidei defensione concessæ, tibi & heredibus tuis in fide catholica & devotione sedis apostolicae permanentibus auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communius, principalium dominorum & aliorum etiam, si quibus forte competit, jure salvo; exceptis prorsus haereticis, fautoribus, credentibus, defensoribus & receptatoribus eorumdem; in quos etiam secundum sacra legis censuram auctoritas est aculeus dirigendus, cum facientes & contentientes per pœna canonica proviso persequeatur. Ad indicium autem quod terras ipsas in devotione apostolicae sedis & sanctæ religione conservare disponunt, tres denarios statuisti per singulas domos ejus annualiter Ecclesiæ Romanae solvendos, & illorum pravam consuetudinem qui secundum partium finitimarum abusum decimas & primicias ecclesiasticas hereditario jure immo injuria sibi vendicant, abolere, ipsas juxta legitimas sanctiones ad Ecclesiæ revocando. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani 11. Idus Novembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

*NOBILI VIRO SIMONI
de Monteforti.*

Nuntios & apices tuos paterna benignitate receperimus, & sugesta per ipsos intelleximus diligenter, omnipotenti Deo laudes & gratias referentes de his quæ contra pestilentissimos hostes suos per te simul & alios ad hoc opus orthodoxæ fidei zelo succenso misericorditer est & mirabiliter operatus. Illud autem auditui nostro dedit gaudium & lætitiam quod terris haereticorum contagione purgatis consilium altissimi te prefecit, cum speremus in Domino quod per prudentiam tuam in his quæ gesta sunt & gerenda Ecclesia sua sit multipliciter profectura. Quapropter petitiones tuas nobis oblatas, in quantum honestas potuit gratiae praestare favorem, gratauerunt admilimus, terras ipsas tibi a heredibus tuis, prout expedire cognovimus, confirmantes, & litteras ad nonnullas provincias & potentem viros ac nobiles mulieres pro tuo succursu, cum aliis quoque litteris ad idem negotium facientibus, concedentes, carissimos in Christo filios nostros Ottonem Romanorum Imperatorem, Aragonum ac Castellæ Reges illus-

tres ad hoc satis affectuosè per speciales litteras exhortando. Et fortassis amplius fecissimus, nisi propter necessitatem urgentissimam terræ sanctæ per magnos & speciales nuntios ad nos inde transmisso pro succursu ejus paulò ante delinassimus litteras generales, quarum proculdubio impediremus effectum, si & alias pro re hac è vestigio mitteremus; cum jam iij quorum animæ inter eisdem terræ penè penitus deficientes ærumnas, in sola post Deum auxilij quod hinc vadae expectatione respirant, nobis graviter sunt conqueri quod ex indulgentia quam concessimus haereticorum expugnatoribus, succursus prædictæ terræ periculose fuerit impeditus. Monemus ergo strenuitatem tuam & exhortamur attentiùs, in remissionem tibi pecaminum injungentes quatinus attendendo prudenter quod non minor est virtus quam querere parta tueri, hoc quod Ecclesiæ Dei tuis & aliorum est laboribus acquisitum, à cunctis expiatum perversitatibus & adversitatibus expeditum, in sancta religione studeas conservare, ac taliter juxta mandatum Legatorum nostrorum ad extirandas reliquias haereticæ pravitatis intendere quod gratiam divinam & nostram inde possis uberioris promereri, sciturus pro certo quod haec agens, in quibus illud duxeris requirendum, consilium à nobis recipies & auxilium opportunum. Datum Laterani 111. Idus Novembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

*OTTONI ILLVSTRI
Romanorum Imperatori semper Auḡsto.*

Licet ad promovendum quelibet Epist. 124.
opera pietatis prompta debeat im- Ut opem ferat
perialis celsitudo confistere, in his tamen Simoni de
quæ fidei causam continent speramus eam, Monteforti.
prout etiam exoptamus, voluntariam invenire. Sanè cum in provincia Narbonensi haeretica dudum pestis usque adeo pullulasset ut veluti cancer serpens partes etiam timeretur finitimas infestura, quin immo in aliquibus infecisset, multifariè multisque modis eam secundum traditam nobis à Domino sancti spiritus disciplinam laboravimus abolere, ita quod post multorum prædicatorum & exhortatorum instantiam, post occasionem denique viri iusti, qui a nobis missus ad ipsos gloriostius denum creditur oceus profecisse quā vivus, novissimè fide magnus & numero catholicorum exercitus per inspirationem divinam & sollicitudinem apostolicam congregatus, de ipsis mirabiliter triumpha- Vide supra lib.
11 epist. 19.

B b iiij